

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Avctorate Et Svb Avspiciis ... Domini Gvilielmi IX. ...
Academiae Rectoris ... Ad Novi Magistratvs Academici
Inavgvrationem Iphis Calendis Ianvarii A. MDCCLXXXVIII
Celebrandam ... Invitat ...**

Münscher, Wilhelm

Marbvrgi, [1799?]

VD18 1332246X

Farbkarte

urn:nbn:de:gbv:45:1-7906

§. I.
Magni interest in Historia probè cognoscenda et accurate tradenda, fontium, ex quibus hauriatur rerum in facto positarum notitia, indolem nosse, et auctoritatem recte aestimare. Inde fit, ut de *antiquis* monumentorum historicorum summa attentione et cautione fit disquirendum. In aprico enim est, minui plurimum atque mutari testimonii alicuius auctoritatem, si auctor eius incertus, aut plane alius deprehendatur, quam vulgo credebatur. Praesertim in religionis et ecclesiae Christianae Historia antiquiori libros genuinos a spuris distinguendi solertia est opus. Constat enim primis saeculis rei Christianae saepius libros auctoribus esse adscriptos, a quibus nequaquam erant profecti, et plura recentioris temporis scripta antiquitatis titulum ementitum prae se ferre. Huius rei causae interdum ab errore, interdum a dolo repetendae sunt. Cum homines artis criticae ignari, vel inscriptionem libri falso interpretarentur,

